

Liber

uetur os: caputq; perungitur. Lyeni & pota & illita psunt. Decoquuntur & cōtra hortores febriū:eruptionesq; pituitae aut in uino teruntur: Corymbi quoq; poti uel illi ti Lyenē sanant: iocinera at illiti Trahūt & menses appositi. Succus hederæ tedia nariū graueolentiamq; emendat præcipue alba satiua. idē infusus naribus caput purgat. Efficacius addito nitro infunditur etiā purulentis auribus: aut dolentibus cū oleo. Cicatricibus quoq; decorē facit. ad lyenes efficacios albæ est ferro calefactus. Satifq; est acinos sex uini cyathis duobus sumi. Acini quoq; ex eadē alba termi in aceto mulso poti tineas pellūt. in uia curatiōe uentre quoq; iposuisse eos utile ē. Hederæ: quā chrisocarpon appellauimus: baccis aurei coloris uiginti in uini sextario tritis ita ut terni cyathi potentur: aquā quæ cutē fubierit: per urinā educit. Erasistratus eiusdē acinos. v. tritos in rosaceo oleo. calefactosq; in cortice pulnico instillavit dentiū dolori a contraria aure acini qui croci succū habens: præsumpti potu a acrapula tutos præstant. itē sanguinem excreantes aut torminibus labo rantes. Hederæ nigræ candidiores corimbi poti steriles ēt uiros faciunt. illinitur decocta in nino omniū ulcerum generi: etiam si cacotæ sint. lachryma hederæ psilothrū est: phthiriasinq; tollit. Flos cuiuscunq; generis trium digitorum carptu dysentericos & aliuū citam emendat in uino austero bis die poto. & ambustis illinitur utiliter cū cæra. Denigrant capillum corymbi. Radicis succus in aceto potus contra phalangia prodest. Huius quoq; ligni uase spleneticos bibentes sanari inuenio. & acinos terunt. moxq; cōbutunt & ita illinnunt ambusta prius perfusa aqua calida Sunt qui & incident succi gratia: eoq; utantur ad dentes eros: frangiq; tradunt proximis cæra munitis: ne ledantur. Gummi etiā id hedera querūt. quod ex acetato utilissimū dentibus promittunt. Græci uincino uocabulo ciston appellant fruticē maiorem timo foliis ocimi. Duo eis genera flos masculo rosaceus. fœmia albet. ambo prosunt dysentericis & solitionibus uentris in uino austero trinis digytis flore capto. & similiter bis die poto. Ulcerib⁹ ueterib⁹ & ambustis cū cæra: & se oris ulceribus. Sub his maxime nascitur hypocistos: quam inter hederas diximus. Cissos erythrano ab iisdē appellatur similis hædere. coxendicibus utilis e uino potus: item lumbis: tantamq; uim accepiunt: ut sanguinē urinadetrahunt. Item chamecission appellant hederam non attolentē se a terra. & hæc contusa in uino acetabuli mensura lyeni medetur. Folia ambustis cū axungia. Smilax quoq; quæ nicophoros cognomiatur: similitudinē hederæ habet. tenuiorib⁹ foliis Coronā ex eo factā impari folio & numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixerunt. Alterū immortalitati proximū conuallibus opacis scandentem arbores comātibus acino & corymbis contra uenenata omnia efficacissimis. in tantum ut acinorū succo infantibus sepe instillato nulla postea uenenata nocitura sint: alterū genus culta: amare: & in iis gigni nullius effectus. Illam esse smilacē priorem. cuius lignū ad aures sonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellauerunt repente per arbores geniculatā & ipsam. Folia eius lepram purgatur. Semen aluum soluit acetabuli mensura in aquæ hemina ut aqua mulsa. Datur ex eadē causa & decoctum eius.

De harundine: & papyro: & hebeno: & rhododendro: de ruse: & erythro: & canchri: & sabina: & selagine: & samulo: & gummi medicinis: Cap.xi.

HArundinis genera. xxix. demonstrauim⁹ non aliter euidentiore illa natura quā cōtinuis iis uoluminibus tractamus. Si quidē harundinis radix contrita & imposta filicis stirpem corpore extrahit. item harundinē filicis radix. ex quo plura genera fecimus. illaq; ī india syriaq; nascitur odorū unguentorūque causa urinam mouet cum gramine aut apii semine decocta. Cit & mestrua admotu. Medetur conuulsis duobus obolis pota: iocinera. renibus. hydropi. tussi ēt sufitu. magisq; cū resina. Furfuribus ulceribusq; manantibus cū myrrha radix decocta. excipitur & succ⁹ eius. fitq; elaterio similis. efficacissima autē in oī harundinē quæ proxima radici. efficacia & gēicula Harudo cypria quæ donax uocat cortice cinere alopecias emēdat: itē putrefactia ulcera. Foliis eius ad extrahendos aculeos utuntur: efficacius & contra ignes sacros: collectiōesq; oēs. Vulgaris harudo extractoriā uim habet. & recens iusa: nō in radice tantū. Multū enim & ipsam harundinē ualere tridunt. Medetur & luxatis. & spinæ doloribus radix in aceto illita. eadē recens trita & in uino pota uenerē concitat. Harundinum lanugo illita auribus obtundit auditū. Cognata res est in ægypto harū dīni Papyrus præcipue utilitatis cū inaruerit. ad laxandasq; fistulas. & in tumescēdo ad introitū medicamento & aperiendas. Charta quæ fit ex ea cremata inter caustica ē. Cinis eius ex uino potus sōnū facit. ipsa ex aqua imposta callū sanat. Ne in ægypto. quidē nascitur hebenus ut docuim⁹ nec tractamus in medicina alienos orbes. non omitte tamē propter miraculū. Scobē eius oculis unicē mederi dicūt. lignoq; ad cotē trito cū passo caliginē discutit. ex aq; uero & radice albugines oculo rū i tē tussim pari mō dracūculi radicis cū adiecto melle. Hebenū medici & inter erodontia assumūt Rhododendros ne nomē quidē apud nos inuenit latinū. Rhododaphne uocant aut neriu mīs: folia eius quadrupedū uenenu esse. homini uero cōtra serpentes præsidiū: ruta addita & e uino pota.